



## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De Baptismo infanti peste laboranti, suspectouè ministrando. Cap. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](#)

& ita cōstrūta, vt dūm curationis, aut fūspicionis causa in illis manēt, regularem modestiam Ecclesiasticamque ordinis sui disciplinam re-  
cte seruare possint.

6 Hæc ipsa cura, & cautio adhibebitur, si quando fortasse monia-  
lum, in eodem monasterio viventium, magnum numerum pestis  
peruaserit.

Sed in earum monasterijs, pestis nomine suspectis, magna ab Epi-  
scopo cautio adhibenda erit, nè ex ea occasione intrā septa monasterij  
aditus sit, sine necessaria causa.

Nec verò extrā clausurę septa, finesuè egrediendi facultas, nisi vr-  
gente, necessariaque itēm causa monialibus permittatur.

Si verò aliquando necessitas efflagitat, vt illę intus visitentur, aut in-  
spiciātur; hoc nè à viris fiat, sed à fœminis honestis, curabit Episcopus.

Hoc ipsum itidem seruabit, si quando Monattorum opera, aut alia  
eiusmodi necessaria erunt.

## De Baptismo infantī peste laboranti, suspectouè mi- nistrando. Cap. XIX.

S V M M A R I V M.

- 1 Baptismus, infantibus peste affectis, vel suspectis, vt ministrandus.
- 2 Liber baptizatorum peſtis tempore.

**I**nfans nuper natus, peste laborans, aut eo nomi-  
ne suspectus, quia à matre, pestifero morbo af-  
fecta ortus est, quām primū ob instans mor-  
tis periculum à Sacerdote, peste laborantium  
curam gerente, infusionis ritu baptizabitur, a-  
lijs statis ceremonijs tunc non adhibitis. Si Sa-  
cerdos abest, idem confessim ab alio præstabи-  
tur, qui præsens baptizandi formam norit: nec verò compater adhi-  
beatur; aut talis, qualis infans est, compater, aut commater aſciscetur,  
nempè ex morbo laborans, aut ex eadem causę origine suspectus fi-  
alij, qui liberi sūr, fūspicione cōtagionis deterriti, id munus refugerint.

Postea, si infans superstes erit, quām primū ab omni fūspicione  
liber erit, in Ecclesiā Parochialem suam Sacerdoti Parocho offeretur,  
qui Ecclesię instituto reliquas statas ceremonias ei adhibebit.

Idem in baptismo seruabitur infantum, qui expositi, dubium est,  
an pestilentia suspecti sint.

Hoc ipsum quoque præstabitur in baptismo infantum, qui non ita

D mani-

manifesto suspecti videntur, quales iij sunt, qui è milieribus benè valentibus nascuntur; quę tamen ex aliqua suspicione vel domi inclusę, vel ad loca publica curationis perductę sunt, quoniam vel in loco suspecto fuerunt, vel cum homine suspecto consuetudinem habuerunt.

2 Sacerdotes locorum curationis publica, quibus baptismum ministrant, eorum, & parentum nomina, & reliqua de more in librum certum referant: quem deinceps à pestifera lue purgatum ad archivum Episcopale ferant. Vniuersusque autem, quę baptizarint, baptismū exscriptum proprio etiam eius Parochio tradant: quę etiam, cùm primū inde illi emituntur, certiore faciant de ceremonijs reliquis, quas non adhibuerint, vt ille in Parochiali Ecclesia rite suppletat.

Officia Confratrum caritatis, & collectio eleemosynarum, ac distributio. Cap. XX.

S V M M A R I V M.

1 Collectio eleemosynarum pestis tempore; & à quibus; & qua ratione facienda. 5.

2 Capsæ ad eleemosynas colligendas ubi affigendæ.

3 Eleemosynæ distribuendæ modus. 5. Eiusdem distributio Parochiæ vetita. 6. Et quando permissa. 7.

4 Piorum locorum bona non alienanda; nec obligandas.

8 Eleemosynarum participes qui sint; quique non.

1 Cholæ caritatis homines Parochio describendis Parochiæ pauperibus operam nanabunt, quos semel diligenter descriptos, sepè generatim recognoscet. Quia in recognitione si quid vel addendum, vel mutandum viderint, id Parochio nunciabunt, qui in descriptionis libro notabit, quod eo in genere opus erit, & Epò etiā referet. Idem singulis diebus sedulò pauperes inuisent, eosque præfertim, qui peste tabescunt, suspectiè sunt.

Si quos inuenient int, qui recenter in morbum inciderint, qui nè spiritalis alicuius adiumenti indigeat, de ijs eundē Parochiū certiorē facient. Ipsi vero sollicito studio in id incumbent, vt quæ ad corporis vsum necessaria sunt, pauperibus, pesteque affectis vndique conquirant.

Vt autem omni ex parte cumulationora caritatis subsidia comparent, cùm ad Episcopum, tūm ad præfectos regionarios, vicariosq; fo raneos, & Parochos perfugium sepiissimè habebunt: quorum etiam auctoritate

ad